



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis S. R. E. Cardinalis Bona Opera Omnia**

Tribus Tomis comprehensa

Opuscula Spiritalia - I. Horologium Asceticum. II. Principia Vitae  
Christianae. III. Manuductio ad Coelum. IV. Via Compendii ad Deum. V. De  
Sacrificio Missae. VI. De Discretione Spirituum ... Operum Eminentiss.  
Cardinalis, Tom. I

**Bona, Giovanni**

**Parisiis, 1677**

§. 4. Tertia Oratio brevissima

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9969**

**C**lero: fac eos in tuo servitio ferventes, ut cum grege sibi commisso ad vitam perveniant sempiternam. Respice Reges, & Principes, omnemque Magistratum: da illis sapientiam, & concordiam, zelumque iustitiae & Religionis. Commendo tibi omnes domesticos, & familiares, consanguineos, & affines, benefactores, & adversarios meos; concede omnibus & singulis, quod scis eis expedire ad salutem mentis & corporis. Da afflictis consolationem; infirmis sanitatem, peccatoribus veniam, justis perseverantiam, vivis pacem, & requiem defunctis. Amen.

§. IV. *Tertia Oratio brevissima.*

**A**nte thronum glorie tuæ, mente & corpore procumbens, ô Beatissima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, Deus meus & omnia, tanquam figmentum manuum tuarum à te in omnibus, & per omnia dependens, omni qua possum humilitate, & devotione adorare: atque ex intimis visceribus tibi gratias ago pro creatione, redemptione, conservatione, sanctissimis Sacramentis, vocatione ad statum religiosum, & pro aliis innumeris beneficiis, mihi & toti mundo concessis; preseverum verò quia ad initium hujus diei me incolumem perduxisti: Milia millium cælestium agminum ministrantium tibi, & decies millies centena millia assistentium tibi, te ex me glorificant: atque omnes creaturæ collaudent, & nomen tuum gloriosum superexaltent in secula. Mihi verò Domine, rubor confusione est, neque audeo oculos meos levare ad te, quia peccavi tibi, & omnem iustitiam tuam prævaricatus sum. Ignosce confitenti, Pater misericordiarum, & vide dolorem meum. Detestor omnia peccata mea, abominor ingratitudinem meam, & malo incurrire omnem pœnam quam deinceps te offendere. Si lapsus fuero, operi manuum tuarum porrige dexteram, & dirige gressus meos in semitis tuis. Aufer à me quicquid tibi displicet, & da quicquid tibi placet. Posside me jupiter secundum beneplacitum tuum, & perfectionem in-

spiritu monastico tribue, ut gaudium meum sit plenum.  
 Da ut hodie & semper tibi soli vivam, te solum quætam,  
 & universa despiciam. Perfunde me spirituali ju-  
 cunditate, ut te in omnibus, & ubique inveniam, ac  
 tandem per felicem mortem ex amore, & in amore tuo  
 ad te merear pervenire. Tibi me totum, æterne Deus,  
 omnesque animæ, & corporis vires, quicquid intra me &  
 extra me est, offero, & immolo. Omnes cogitationes,  
 omnia verba, & opera hujus diei, ac totius vitæ meæ sul-  
 cipe obsecro unita operibus, verbis, & cogitationibus  
 Filii tui, ad majorem tui gloriam, & proximorum salutem.  
 Tibi enim sincerè servire decerno propter te solum, Deus  
 meus, quia ex te, in te, & pro te sunt omnia, qui es sum-  
 mum bonum meum, & ultimus finis. Ostende mihi &  
 omnibus pro quibus orare debedo viam in qua ambulemus,  
 libera nos ab omni malo, & da fidelibus defunctis re-  
 quiem sempiternam. Adeste & vos beatarum agmina  
 mentium, tuque in primis Beatissima Virgo Maria, uni-  
 ca post Deum spes, & protectio mea: tu Angele mi cu-  
 stos, cum omni Angelorum exercitu; vos Sancti mei tute-  
 lares, vos omnes electi Dei in opem juvate, jacentē erigite,  
 & peregrinanti in hoc exilio, atque in tenebris sedenti lu-  
 men, opem, & perseverantiam impetrare. Pax & bene-  
 dictio Domini mei Jesu Christi; & virtus sacratissimæ  
 passionis ejus; signum sanctæ Crucis, & titulus trium-  
 phalis, Jesus Nazarenus Rex Judeorum; integritas puris-  
 simæ Virginis Mariæ, custodia sanctorum Angelorum,  
 & suffragia omnium Sanctorum sint inter me, & omnes  
 inimicos meos visibles & invisibles, hodie & semper,  
 & in hora mortis meæ. Amen.

§. V. *Aspirations pro initio diei,*

**D**Vm indueris. Indue Domine animam meam veste  
 nuptiali charitatis, quæ operiat multitudinem pec-  
 catorum meorum, & immensis monilibus virtutum exor-  
 name.